



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118871

§. 83. Bethlenii Gaboris seu Gabrielis Transylvaniæ Principis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](#)

vit, quod Regulares ab Episcopo an- Sæc. XVII.
tecessore prævio examine approbatos A.C. 1629.
ad personarum sacerdotalium confessiones
audiendas possit modernus Episcopus
pro majori conscientiæ suæ quiete ite-
rum examinare, & si minus idonei re-
pertii fuerint, reprobare.

§. LXXXIII.

*Bethleni Gaboris seu Gabrielis Tran-
sylvaniae Principis obitus.*

Per idem tempus die quinta Novem- *Brachel.*
bris Gabriel Bethlenius Transylva- *Hist. l. 3.*
niae Princeps hydropisi obiit annos na- *Bethlen. de*
tus quadraginta novem: Hic uti toto *reb. Tran-*
vite suæ tempore varius, & incon- *sylv. Orthel.*
stans erat, ita & in ipsa morte sua pla- *Chron.*
ne mirabilis exstinctus, dum enim Au- *Hung.*
striacam domum vivens assiduis seditio-
nibus ac perfidiis vexaverat, moriens
Ferdinandum III. Cæsaris Filium Hun-
garie Regem, ipsumque Imperatorem
tanto honore prosecutus est, ut dubium
relinqueret, an amicum vel hostem
Cæsar amitteret; quippe præter octo-
ginta aureorum millia, tam Cæsari
quam Ferdinando Regi generosum e-
quum cum pretioso gemmisque di-
stincto apparatu legaverat, Imperato-
rem præclaro hoc elogio honorare so-
litus: difficulter ac dubiæ aletæ plenam rem

S 2

effe,

Sæc. XVII. esse, oppugnare Ferdinandum, quem
A. C. 1629. aduersa dejicerent, nec prospera extollerent.

Conjugem quoque suam Catharinam
Joannis Sigismundi Brandenburgici Ele-
ctoris Filiam, quam triennio nondum
evoluto duxerat, Cæsaris patrocinio
commisit, Turcarum vero Imperator
exequendæ supremæ voluntatis sua
curam reliquit, cuius etiam patroci-
nio suffultus Georgius Ragotsius Beth-
lenio successit, a quo tamen Ferdinandus
Cæsar missis Cassoviam Legati-
ditiones Bethlenio ad dies vitæ con-
cessas repetiit.

§. LXXXIV.

Scriptorum quorundam Catholicorum mors.

Aubert.
Mir. Script.
Sæc. XVII. re,
Andr. Bibl.
Belg. Mo-
rinus exer-
cit. bibl.
l. I. cap. 2.

Inter Scriptores Ecclesiasticos Religio-
ne Catholicos hoc anno plures obie-
cere, ex quibus tamen lucubrationibus
in Ecclesiæ utilitatem vulgatis cele-
briores adducere lubet, & primus que-
dem erat Guilielmus Gifford Ord. S.
Benedicti Rhemensis Archiepiscopus
qui præter varios sermones, sub nomine
Reginaldi suum Calvinio - Turcismu-
feu Calvinianæ perfidiæ cum Mahome-
tana collationem, necnon suppoliti
Roissæi nomine edidit librum de iuri
in Reges impios & hæreticos anima-